Misericordiam et iudicium can
tabo tibi dne psallam et intel
ligam in uia inmaculata quan
do uenies ad me. Perambu
labam in innocentia cordis mei
in medio domus tuae. Non proponebam
ante oculos meos rem malam facien
tes praeuaricationes odiui. Non ad
hesit mihi cor prauum declinantes a me
malignos non agnoscebam. Detra
hentem aduersus proximum suum ocul
te eum persequebar. Superbo oculo et
insatiabile corde cum hoc simul non ede
bam. Oculi mei super fideles terrae ut
sedeant hic mecum. Ambulans in uia
inmaculata hic mihi ministrabant.
Non habitabit in medio domus meae
qui faciunt superbia qui loquitur ini
qua non direxit in conspectu oculorum
meorum. In matutinis interficiebam
omnes peccatores terrae ut disperdam
de ciuitate dni omnes qui operantur
iniquitatem. CI psalmus

Dne exaudi orationem meam et cla
mor meus ad te perueniat. Non
auertas faciem tuam a me in qua
cumque die tribulor inclina ad me au
rem tuam. In quacumque die inuocauero